

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auaricia i
cum fonte primo

Auaricia non uicum auri,
sed anime peruerse amantis aurum derelicta iusticia
que debuit anteponi auro.

Augustinus XII. de ciuitate Dei.

Neque enim auri uitium est auaritia,
sed hominis peruerse amantis aurum iustitia derelicta,
quae incomparabiliter auro debuit anteponi;
nec luxuria uitium est pulchrorum suauiumque
corporum, sed animae peruerse amantis
corporeas uoluptates neglecta temperantia,
qua rebus spiritualiter pulchrioribus
et incorruptibiliter suauioribus coaptamur;
nec iactantia uitium est laudis humanae,
sed animae peruerse amantis laudari
ab hominibus spreto testimonio conscientiae;
nec superbia uitium est dantis potestatem
uel ipsius etiam potestatis,
sed animae peruerse amantis potestatem suam
potentioris iustiore contempta.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 12.8 (CCSL
48, B. Dombart ed., pp.362-3, ll.11-22).